



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Acosta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

ti sacri repertum est. Ex eius cranio propinatū, haustum, & in cadauer barbaris modis sæuitum est. Iam ab ipsis religiosæ vitæ rudimentis habitus est Ioannes pro homine verè puro, ac sancto; habeturque pro explorata re ac certa, quandam Christi Cruci affixi, coram qua supplex attentione magnâ orabat, imaginem, illi aliquando fuisse locutam. Ea hodie quoque habetur in honore, ac reuerentia singulari.

Crucifixus.

P. Ioannes Acoſta.

Ab anno 1604. in Iaponia grumnoſorum laborum plenus ibat, redibat, latebat, eſuriebat; vt puſillo Chriſti gregi prodeſſet. In profundo latuit aliquando per nouem dies, cūm cibus illi per fu-

Lufitanus.
Nangaſachi.
8. Oct.
1633.
atat. 58.
Soc. 42.

Fides .

funem demitteretur : fuit
aliàs quoque in specu absco-
ditus per tres menses. Tum
24. Augusti comprehensus,
5. Octobris Nangasachi sus-
pensus in scrobem è pedi-
bus, hoc demum die cursum
victoriæ atque fortitudinis
expleuit.

P. Xystus Tocium .

Iapon.
Nangasa-
chi .
9. Oct.
1633.
ætat. 63.
Soc. 43.

Fides .

Hunc etiam suis Iaponi-
bus ad Christum adducen-
dis præstrenuè intentum,
abreptumque in vincula ci-
uem suum æternâ civitate
donandum in fouea suspen-
dère, capite deorsum depres-
so, pedibus verò in altum ela-
tis. Ita hodie (vel vt alius
autor est 10. Octobris) diem
æternum iniit . Illi so-
cius vt magni zeli, ita re-
ligiosæ vitæ mortisque ac-
cessit

Da-